

potentissime intraverunt licet in
introitu plures fuissent mortui se-
curibus gladiis et lapidibus et gra-
viter vulnerati archiepiscopo de-
ridente suos et quidam quercu reser-
vante vexillum quod tangere quisque
spemens mandatum reputavit
inane. Non enim hec pro victoria
scribo nec in aliquibus super hiis
commendo florentiam licet igno-
rante maiori domino vel man-
dante fuerit ab archiepiscopo
ut dicitur indebite pregravata.
Anno Millesimo ⁱⁱⁱ

Post ista cum nobilis vir Spatri-
rius Ubertini fuisset captus apud
aristum et diu inhoneste deten-
tus florentini recordantes obse-
quiorum que sepe contulerat
nobili antedictus aristum mise-
re legatos inponentes eisdem
ut salutatione premissa preces
effunderent copiosas ut gratia
florentini communis ipsum nobilem